Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Omne peccatum actio est reciprocia.
Isidorus in Sinonima soliloquorum libro .ij. ca. .ix.
Sepe occasio peccandi voluntatem fecit.
Matheus vindocinensis in poetria prima .p. ca. .vj.
Peccatum geminat, peccatum gloria culpa
Diffamat, fame dissipiens honor.
Idem. ca. .xj. Est venalis indemnitas sed omnis
alias peccandi frequentia.

De inferno et penis animarum peccatorum. ca. .xxxj.

Psalmista. ps. .xxxj. Multa flagella peccatoris.
Idem. .xxxiij. Mors peccatorum pessima.
Idem. Cl. .xvj. dns omnes peccatores disperdet.
Salomon in puer. ca. .xxxiij. Noli subtrahere a
puero disciplinam. Si enim percuseris eum virga
non morietur etenim tuum virga percutes eum, et
animam eius de inferno liberabit.
Ezechiel. .xviij. Cum averterit se iustus a iustitia
sua et fecerit iniquitatem moriet in eis in iustitia quam operatus est. Idem. ca. .xxxiij. Iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die peccaverit.
Paralipomenon libro primo ca. .xxviij. et .pe. Si dereliqueris dnm quiet te in finem.
Plato in phedone. Est in re nera defunctorum animas extare et bonis melius esse malis autem deterius.
Ihus filius sirach in Ecclesiastico. ca. .iij. Cor duplex male habet in novissimo. Idem. xxij. Non est apud inferos invenire abinum.
Tullius tusculanorum libro .p. Socrates disputat. ꝛc. ut supra eodem libro. ca. .xxxvj. de paradiso.
Idem in invectiua contra Cathilinam. ca. .iij. et si. vt aliqua in nitra firmitate probis esset etiam posita in feris antiquis hanc institutam esse noluerunt ut. .j. e. ca. .xxxviij.
Matheus. ca. .iij. Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur et in igne mittetur. Idem die Jo. .xv. Idem die Lucas. .iij.
Marcus. .xv. ca. Lata porta et spatiosa via est quae ducit ad perditionem. Multi sunt qui ineunt per eam. Idem. .xvj. Quid prodest homini si universum mundum lucretur ꝛc. ut .s. e. libro cap. .xxi. Idem die a Marcus. .xvj.
Paulus prima ad Corinthios .vj. Iniqui regnum dei non possidebunt. Idem ad Hebr. .xiij. Fornicatores et adulteros iudicabit dns.
Augustinus in Epigrammatibus ppi. L. Epigra. ꝛc.
Non est curandum multum necnon noverimus
quid accidat ut moriantur, sed quomodo ire
cogantur.

Boetius de consolatione libro .iij. ca. .xvj. Magna quidem post defunctum crepitus animae supplicia relinquuntur, quarum alia penali actione alia sua purgatoria dei clemenia exercentur.

De xpo et divina trinitate. ca. .xxxij.

Psalmista. ps. .cxvj. lapides quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli.
Johannes in Euan. ca. .iij. Spus ubi vult spirat.
Idem .v. ca. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio ut omnes honorificent filium. Qui non honorificat patrem qui misit eum. Idem .vj. dicit ihus. Hec est voluntas patris mei qui misit me ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam.
Ibidem. dicit ihus. Nemo potest venire ad me nisi pater meus qui misit me traxerit illum. Ibidem. Spus est qui vivificat. Idem. xiv. dixit ihus nemo venit ad patrem nisi per me. Ibidem dicit ihus. Qui diligit me diligetur a patre meo. Ibidem. Qui diligit me sermonem meum seruabit, et pater meus diliget eum.

De fide seu firma credulitate religionis et divine trinitatis. ca. .xxxiij.

Moyses in deuteronomio. ca. .vj. Non tentabis dnm deum tuum.
Ihus filius sirach in Ecclesiastico. ca. .ij. Ve peccatori terram ingredienti duabus viis. Ve disolutis corde qui non credunt deo, et ideo non protegentur ab eo. Idem xxxij. Qui credit deo attendit mandatis, et qui confidit illo non minorabitur.
Philon sapiente p. appz dns his qui fide habent in illum. Idem. ca. .p. Seruite dno in bonitate.
Marcus in Euangelio ca. .xiij. Omnia possibilia credenti. Idem. .xvj. et si. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Signa autem qui crediderit in me hec sequentur ꝛc.
Lucas. .xvj. dixit ihus discipulis suis. si habueritis fidem quantum est granum sinapis, et diceretis huic arbori ꝛc.
Johannes. ca. .iij. Qui credit in filium dei non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est. Qui credit in filium habet vitam eternam. Qui autem incredulus est filio non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.
Idem. ca. .v. dicit ihus. Qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam, et in iudicium non veniet, sed transibit de morte in vitam.
Ibidem. dicit ihus. Si credidisseris Moysi, crederetis forsan et mihi. de me enim ille scripsit.
Idem .vj. dicit ihus. Hec est voluntas patris mei, ut qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam, et ego resuscitabo eum in nouissimo die.
Ibidem. .x. dicit ihus. Si mihi non vultis credere operibus credite.